

Si non regifico splendore, at
 Tutô consenuisse licebit.
 Nam popularius æqui iuris
 Primum est nomen, & experiundo, &
 Usu longe præstabilius.
 At sublimia nunquam stabili
 Perstant homini fixa pede diu, ac
 Si quando fors læva intonuit,
 Hoc ex fonte innumeræ luctus
 Undæ in splendida tecta redundant,
 Vocem audiui, audiui planctum
 Misera Colchidos. animi nondum
 Aestus composuit, fare age anus,
 In vestibulo stans audiui
 Intra atria clamorem, haud lætor
 Vestrae mulier luctu domus,
 Ac mihi minime grata geruntur,
 Domus heu perit.
 Deserta omnia, detinet illum
 Aula tyranni, ac contabescit
 Luctu in thalamis hera, amicorum
 Nullo mollita animum hortatu.
 Heu heu, ruat in caput hoc miserum
 Fulmen ab æthere, quis mihi superest
 Dehinc vitæ usus, vivere ut optem?
 E heu longis tristem curis,
 Parca, miseram abrumpite vitam,
 Audisti ô jupiter, ô tellus,
 O lux, quam vocem misera edat
 Mulier? quod tandem immoderatum
 Thalami desiderium cogit,
 Stulta, accelerare horam fati?
 Istud ne expete, quod si conjux

”

”

”

”

Cho.

Nue.

Med.

Cho.

B

Connubio